Sed pro vacuo adstruendo nullius eim momenti est recitatum experimentum; quandoquidem in hoc mercurij mata quædam ipso aere subtilior, per tubi uitrei poros defertur. Et ne quis putet id asseritanter à nobis dici, adverlat velim, per superiorem tubi uitrei partem, quæ uacua creditur, lucem transmitti. Lux aut cum non aliud sit, qm motus, mata aliqua, uelut subiecto indiget. Neque id negare pot Gassendus, ut qui lumen in substantiali effluuio à luminoso corpore emisso consistere arbitratur. Huc adde qd si ignis superiori tubi parti appropinquatur mercurius ad descendendum adigatur. Id qd ex mata ea in parte contenta rarefactæ dependet.

SECTIO II.

De Forma.

Ostensa nara matz, que
et commune rerum omnium rebrechu
definienda à modo forma, ⁊ quæ
una res ab alia distinguitur. Et
quidem de forma nd ipsude ac de
mata disseri pot; mata en, cum
cunctis rebus materialibus communi
sit, utique si intelligatur, quod
ea sit in una rerum specie, velut
in ligno, intelligatur em, quod sit
in igne, lapide, ferro, aliisque
omnibus rerum speciebus. Sed
nd idem de forma dici pot. Ut
nim, cum ⁊ formam unaquæque
res ab ot alia distinguitur, cognita
forma ligni, nd idea cognita erit
forma ligni, lapidis, ferri, aut
alterius cuiuslibet rei.

Et sane formam inquirere cuiusque speciei
rerum naturalium, id ad Physicam spectat specialem, que de
singulis corporum speciebus
sigillatim edisserit. Sed nihil
interim vetat, quominus generale
for-

formarum ideam hoc loco ex-
hibeamus. Nam etsi ipsæ formæ
distinguantur corpora à se mutuo
atque adeo alia sit forma unius
alia forma alterius corporis; at-
tamen si formæ istæ in abstracto
considerentur, nulli dubium esse
potest, quin eadem esse debeat omni-
um indoles. Vt autem melius
innotescat natura formarum, ad
rem fore puto, quid ipse non
sint prius definire.

Cap. I.

Ejiciuntur formæ substantia-les.

Scholastici Ara-
bes sequti arbitrantur formam
uniusque rei non minus sub-
stantiale esse, quam ipsa mata. Etsi
enim fateantur materiam esse com-
mune rerum omnium subiectum, eam
tamen considerant velut substantiam incom-
pletam, quæ proinde velut suum recipere
ad-

complementum à forma suffuniente: Quin eam contendunt maiorem esse realitatem formæ, quam materiæ. Nam illa considerant, velut ipsa ve subiectum, quem in finem appellant actum. materiam uero velut tantum ea potentiam, quæ à forma efficitur, et ab ea totam suam existentiam

Qui ita constituunt nituntur auctoritate Stagiri, qui formas corporum non uero hoc substantiales esse latetur. Deinde adducunt exemplum animæ rationalis, quæ è uera substantia, et formæ obtinet rationem in hoc. Denique uera affirmare conantur opinionem ex petito ab essentiali differentia, quæ inter corpora ipsa deprehenditur. Nam contendunt essentialiter ita differentia non aliter posse explicari, quam si in unoquoq: corpore propria forma substantialis admittatur.

Ea quam aut hæc opinio adeo in Scholis probata sit, ut quodammodo hæresis arguatur, qui ab ea se

cedit

cedunt; vo' th' nos cogit in diuersum abire, et audaciter asserere formas istas substantiales scholasticorum fictitias esse, et eo chimericas; ut en superius ostensum est, etsi mata non sit completa pro hac, vel illa corporis specie; attamen in rerum substantiis seu corporis generatim considerata, et satis superque completa, cum a ipso corpore in re spectato nd differat, unde etsi aliud quidpiam requiratur, quo mata in hac, vel illam corporis speciem abeat; attamen, quo totum fiat substantiale, sola mata sufficere videtur.

Huc adde, q' formæ rerum naturalium viribus materiæ oriantur, ac intereant, cum tri inconfesso sit apud oes, si alicuius agentis natiui nullam substantiam creari posse et in nihilum abire. Nec iuuat dicere uera creationem esse, cum resultuit ex nihilo tam rei, qm subiecti, pariterque veram annihilationem ubi resultum in rei, cum in subiecti nihilum abit; atque adeo nec for-

mas

mas creari, cum generantur, nec cum intereunt annihilari, q.d. adest mata, ex qua, tanqm subiecto deducuntur, et in qm cum pereunt se recipiunt.

Non inqm valet hoc effugium: Nam primo notio formę substantialis è sio diversa à notione matę. Vnde quid deferat mata productioni formę, quidue ex eius interitu matę restituat, plane intelligi nequit. Et deinde si formę substantiales educerentur ex materia, et in ea se recuperent, cum intereunt, nescio quo pacto mata suum recipiat complementum à forma adueniente, et rursus incompleta euadat ea discedente. Nam semę ac forma, quę adueniet, erat in sinu matę, iam ęs eius aduentum nihil denuo mata acquirit. Et similiter semę ac forma, quę discedit, matę sinum ingreditur ęs eius discessum iam nihil matę detrahitur. —

Arg.

Argumenta porro, quibus opinionem suam Scholastici conati sunt abstruere, nec et ullius momenti sunt. Nam quum ad auctoritatem Aristotelis eam nequaquam movere nos debet, tum quod in rebus philosophicis vane ad auctoritate disputandum, quin eam, quod fieri potest, ut Aristotelis formas adjuvent, quae ad rerum essentiam pertinent, non aut, quae sint vere substantialia. Nam vox graeca, quam usurpat, latinis modo essentiae, modo substantiae nomine reditur. Unde factum, ut ipsum substantiae nomen passim apud nos naram, ac essentiam significet, veluti cum dicimus alia pertinere ad substantiam alicuius rei, alia ad eius circumstantias.

Formas aut rerum materialium pertinere ad earum essentiam id nemo audet in dubium revocare. Ut enim docent Metaphysici essentia alicuius rei id, quod non modo ejus rerum et in tale et constituitur. Id

ita res quelibet materialis etsi ex-
istat ex materia, attamen in tali ea ad
nisi ex forma constituitur. Neque ex:
ignis ex: aq: et ignis ex materia, sed tan-
tum ex forma; cum materia sit com-
munis rebus omnibus, et duntaxat
ex forma una res ab alia distin-
guatur. Atque forma cuiusque
rei materialis ad eius essentiam pertinet.
Et propterea formas rerum mate-
rialium nihil prohibet formas esse-
tiales appellare. Sed nec etiam
alicuius momenti est
exemplum, qd adducunt animae rati-
Completet quidem anima corpus hu-
manum, ad quidem in ratione corporis,
seu substantiae, sed in ratione rei; adeoq:
e forma corporis humani, qua hu-
mani, ad aut corporis, qua corporis.
Indaxitue Scholastros in hunc errorem
ad nihil munia ponenda inhibili ratione
Inde ex: concludebant singulas uni-
tas officia ab anima perdere, ijsq:
obeundis, idcirco corpus inepta
et factum, qd anima est separata.

tum potius existimandum est usq: adeo
animam in corpore commorari, do-
nec istud ad vitæ officia peragenda
factum è inepta. Nam constat
experientia animam à corpore non
separari, nisi accepto vulnere, aut cor-
pore aliquo alio modo vitiato.

Huc adde, qd si anima
ratio compleret corpus humanum in
vane corporis, seu substantiæ, et
una simul totum componerent substan-
tiale. Et substantia incompleta
tam corpus humanum, qm anima
ipsa ratio. Vnde quemadmodum
separata anima à corpore, necesse
è, ut corpori nova accedat forma substan-
tiaque rursus completa substantia ma-
dat. Ita quoque ne ama maneat
substantia incompleta alterius cor-
poris forma fiat oportet, ut ipsa
mutuum ab illo compleat. Vnde si-
stema istud formarum substanti-
alium non inducaret ad siste-
ma Pythagoricum de transmigrat.
animarum, qd nemo, mi vanum è

cerebrum hodie audet propugnare.

Neque dicas animam à corpore separatam, manere substantiam incompletam, ac in illo statu speciali Dei voluntate, hoc è miraculose conservari. Ad quippe si dicas, iam in Pomponatij opinionem descendes, qui docuit nulla ratione probari posse animam existere separatam à corpore. Idque sola fide certum fuit. Quare ut opinio ista Pomponatij omnium Philosophorum calculo sit explosa. Omnesque uno ore fateantur animæ immortalitatem posse solo ratione demonstrari. Dicendum è statum animæ post mortem id è miraculosum, sed naturam.

Quin et si corpus humanum completa fieret substantia, unionem eius cum anima naturali, hæc in ratione substantiæ non differret ab ipso corpore, ut nihil coplenipit in aliqua linea, nisi id, à quo suum recipit complementum, in linea illa sit

eiusdem cum ipso naturæ. Quare Spinosæ sistema æquum erit admittere, qui contendit unicam in hoc mundo substantiam existere, eamque varie modificatam modo corpus, modo spiritum nobis exhibere. Sed omnium philosophorum voto nihil impius excogitatur, quam monstruosum istud Spinosæ sistema. Itaque nihil et tam impius erit, qui asserere ausus fuerit animam rationem esse corpus humanum in rara substantia.

Videant ergo Scholastici qui magnis premunt difficultatibus ad propugnandas formas substantiales animæ rationi exemplo abutuntur. Sed etsi ultro ijs concederemus, animam rationem complere corpus in rara substantia, nec et intelligi potest, nec ad exemplum animæ formæ illæ aliæ substantiales, quas Scholastici venditant debeant admitti. Regen: anima deducit ex sinu materiæ quemadmodum de alijs ijs formis

iactitant Scholæ; Neque illa à corpore cum materiæ sinum ingreditur, quò formas illas alias se recipere Scholæ contendunt. Obtineret igitur anima formæ nobiorem diversam ab ea, qui formis alijs Scholæ largiuntur. Quare illius exemplo ad formas alias propagandas minime nos trahere det.

Illud autem nolim hic silentio reticere, nè omnibus eis Scholasticis ée persuadeam valem cõplere corpus in rarè substantiæ; sed extare quipiam, qui libenter concedunt cõplere animam corpus tantum in rarè hoc. Qui ita sentiunt humano corpori duplicem formam adscribent, unam quidem, quæ matam cõpleat in rarè corporis, seu substantiæ, quæ quæ ideo formam corporeitatis appellant, altera quæ cõpleat corpus ipsum in rarè hoc, eaque anima vitæ, substantia in ea gra cõpleta. Neque inquiunt, mirum id videri nos det. Nam etsi mate-

teria efficiat? à forma prior, et tanta ea total fuerit substantiale; nec ~~ea~~ kisi tu ad eum efficiendi gradum evehit? at omnibus ijs functionibus explicandis, quæ in hoc deprehendunturpot ee sufficiens.

Sane dubitari nd pot, quin istorum sentia non sit adeo absurda, quique animad explere corpus in rare substantia fecit. Neque ex in ea habitur opinionum monstra, in quæ sentia altera recta nos manuduxit. Et credideriim eo fine fuisse excogitata, ut magnis illis dificultatibus fe eam fieret satis; sed in hoc systemate exemplum animæ rati nd modo nullius roboris erit pro abstruendis formis alijs substantialibus, verum et commisto illud destruet invicte. Nam si ideo in hoc admittenda e anima rati q. sola corporis substantia ad explicandas humanas functiones sufficere nequit; si contrarium in et

alijs materialibus nullæ formæ substantiales
erunt agnoscendæ, q.d. ex sola materia substantia
proprietates earum rerum optime
deducuntur.

Quare ex: de essentia-
lem rerum materialium differentia,
quæ sine formis substantialibus
explicari illa rare id posse eu
ove Scholastici dicunt. Id tantum
à vero abest, quam, qd abeo lon-
gissime distat. Figura namque quadra-
ta essentialiter differt à figura
circulari; cum alia sint affectiones
unius, alia affectiones alterius.
Et tu nemo in animum inducit sum,
adesse in ijs figuris formas quas-
dam substantiales, ab quas essen-
tialis inter eas differentia indu-
cat. Ad eundem igit. modum
tametsi res materiales essentialiter
differant inter se, poterit nihilo
minus differentia illa aliter, quam
ab formas substantiales explica-
ri.

CAP. II.

Reijciunt formas accidentales.

Præter formas substantiales admittunt enim in corporibus Scholastici formas alias, quas accidentales appellant. Nimirum qualitates illas frigoris, caloris, saporis, odoris, coloris &c. quas in corporibus sensuum ope deprehendimus putant et entitatulas quasdam reales, naram habentes diversam ab ipsis corporibus, in quibus deprehendunt; easque modo formas corporum accidentales, modo simpliciter accidentia nuncupant.

Considerant autem Scholastici formas istas accidentales, veluti satellites formarum substantialium. Nam unaquaque forma substantialem ut prius consert posse mate potiri, qui in mechis in eam formis accidentalibus, à quibus substantialis illa forma stipatur. Nec alijs viribus existimat forma

substantialem, quę matę semel potita è reluctari formis alijs substantialibus ac in statu sua conservari, quę satellitię suarum formarum accidentalium.

Et quęqui formę istę accidentales semper corporibus inherere videantur, earum tamen naram ac essentiam ad iam in actuali inherentia vitam ęd contendunt, sed tantum in eo, ut exigant corporibus inherere. Abierunt aut in hanc opinionem, ut exinde concludere liceret formas istas accidentales posse quandoque à corporibus separatas existere. Nam separatio hęc tollit quidem actualem inherentiam, sed non item eam, quę hent exigentiam, ut rursus in corporibus reponantur, unde procul est, ut earum naram, ac essentiam destruere valeat.

Hęc igitur à nobis formarum accidentalium, quas tantopere natu Scholę propugnat. Sed in ijs

admittendis, quam à vero deflectat, haud difficile erit ostendere. Nam formæ illæ possunt ab ipsis effingentur, ad aliter adipi quam, quæ ut tenues quædam, et umbratiles substantiæ, quæ formarum ipsis insint subiectis. Quare confundunt notiones accidentis cum notione substantiæ. Neque ex: aliud substantiam intelligitur quam id, quod ex se solo existere potest. Itaque si formæ illæ accidentales possint existere separatim à subiectis quibus insunt, eas aeras de substantias necesse è.

Nec ad id fauet, quod formas illas accidentales non naturaliter, sed virtute tantum diuina asserant Scholastici posse seorsim à subiectis suis existere. Id quippe nullius momenti è. Neque ex: Dei potentia naturas rerum euertit, nec quicquam nouis eis elargitur. Quocirca si id illud, quod à subiectis naturaliter separari potest, è substantia; erit itidem substantia

quidem ab infinitam Dei potentiam absque subiecto et poli, atque adeo etsi Scholastici crederemus formas illas accidentales posse tantum virtute divina seorsim à subiectis suis existere; adhuc tamen tanquam vere, ac reales substantiæ concipi deberent.

Sic Scholasticos nim arg: eludere conari, dicendo, quod illæ formæ illæ accidentales quod Dei potentiam seorsim à subiectis suis existere; naturaliter tu exigant, nervos in ipsa reponi: In qua quidem vali exigentia contendunt earum naturam, ac essentiam consistere. Sed quid futilis sit ista responsio nemo videt. Neque enim exigentia illa impedimento nobis esse debet, quominus formas illas accidentales, veluti res sese subsistentes consideremus. Nam eandem exigentiam observamus enim in corporibus terrestribus relate ad tellurem. Nec tu

unqm quisque somniauit corpora terrestria ad aeras et substantias, sed tantum telluris formas accidentales.

Huc adde, qd in ipso Scholasticorum systemate formæ substantiales posunt divina voluntate separari à materia ex aeris sine admixtur: et quamq sic separatæ naturam habeant propensionem, ut versus eam materiam uniat: Non hinc tm desinunt esse substantiales. Ad eundem itaque modum formæ illæ accidentales, quibus ad petit substantiæ definitio, seu ipsi divinam potentiam à suis subiectis separantur, etsi naturaliter exigant versus in ijdem subiectis reponi, istæ tm exigentia neqquam potent efficere, ut substantiæ rursum desinant esse.

Non igit qualitates illæ, quas in corporibus sensuum ope deprehendimus, adeqte sunt realitatibus quæ dam reales, na-

turam habere, diversa ab ipsis corporibus, in quibus deprehendunt? Proindeque non modo formas substantiales Scholasticorum, verum eas formas accidentales earumdem velut mera delirantis fantasia monstrarent habere. Sed illud quoque nescio quarate Scholastici commiserunt: easdem corporum qualitates et similes sensationes, quas in nobis excitant. In quo ex consistat similitudo ista plane intelligi nequit. Qualitates namque sensibiles, cum corporibus ingrediant sunt res materiales, et corporeae, sensationes autem, velut modificationes ipsa mentis sunt spirituales, pure quoque intelligibiles. Quare quemadmodum inter mentem, et corpus nulla inest similitudo, sed manifesta oppositio; ita quoque qualitates corporum sensationibus, quas in nobis excitant similes esse non possunt.

Ad ulti sunt aut in

hunc

hunc errorem Scholastici, eo quod
viderint sensationes in nobis
excitari, nobis inscijs, ac invijs.
Hinc ex: arbitrati sunt obiecta
externa causas et efficientes ea-
rum sensationum, in quas ijsdis
obiectis et aliquid eis simile
ijsdem sensationibus. Ita in u-
troque iudicio qui misere decepti
sunt, haud difficile erit ostendere
Nam quod obiecta extra nos po-
sita sunt tantum ea occasiona-
lia, ut sensationes in nobis exci-
tentur, qui ea in nobis pro-
duxit et ipse Deus, qui substan-
tias adeo oppositas, quales sunt
mens et corpus arcto vinculo in
hoc coniunxit. Solus ipse omnipo-
tens mentem iuvam afficere potest, ea
multifariam modificare; obiecta
ab extra nos posita, dum tantum
sunt in organis nri corporis, ijsque
actionibus nd mentem afficiunt,
id tantum determinant Deum
ut quaedam in mente sensationes

producat.

Secundo neque etenim credendum est aliquid objectis inesse similia sensationibus quas in nobis excitant. Sic enim oporteret occasione eiusdem objecti eandem in singulis hominibus sensationem excitari. Quod quidem falsum esse abunde constat experientia. Nam quæ in nullis sunt grati saporis, aut odoris, ea alios sæpe offendere solent. Quin etiam, quod unus idem homo in una quadam aetate gratum experitur, id alia quadam aetate ei et plurimum displicet, aut in subinde et prius arridet. Idem autem constat quoque de coloribus, aliisque sensibilibus qualitatibus, et memorabile est, quod de se testatur Jacobus Rhoamultius, scilicet quod in destruendo oculum Thelesio cui diuturniore usu delaxasset, inde factum, ut quod lutea obiecta adspiceret oculo dextero ea non amplius videret, ut antea, neque

em. qua oculo sinistro aggravebat.

Non nec latet Scholasticos cum hunc diversitatis ab organorum diversitate repetere. Semper inquiunt excitatur quidem ex causa eiusdem obiecti eadem sensatio in singulis hominibus, ubi eadem in singulis è organorum dispositio. At nè si contingat organa in ijs è diverse disposita, tunc opportebit, ut diversæ item sensationes in ijs excitentur. Fateor id verum esse, et ultro ab omnibus concedendum. Sed si ita verè, quis nè videt sistema Scholasticorum sponte sua corruere. Si ex ob organorum diversitatem fieri potest, ut unum, idemque obiectum diversas excitet in nobis sensationes; iam id, quod è in obiectis, et organis pugnat, ut sensationes in nobis excitent sensationibus quasi nequaquam similes erit.

Ejusmodi Scholastica doctrina suam de qualitatibus

realibus fuisset auctoritas illis, sed tantum
ipsi inuenta fuisset. Vix ex quam mente
in animum inducere illius Philosophi
nomine qualitatum entitatulas
quasdam intellexisse distinctas
à subiectis, quibus insunt. Quis dum
quam ex illius exemplis colligere
licet, fatendum est eum ad alteram
de qualitatibus sentiisse, quam ma-
niores nostri temporis Philoso-
phi, qui eas ab sequuntur
ex primarijs affectionibus, quæ in
materia particulari considerantur,
scilicet ex magnitudine, figura, situ
motu, et quiete. Color enim,
quem in exemplum proferit illis
non est aliquid ab ipsis distinctum,
sed est ipsa met ipsius substantiæ
aut potius particularis suarum
agitatio, et par est de alijs qua-
litatibus, et dicetur, cum de ijs
aliquam notitiam erit.

Suadere quoque
conantur Scholastici distinctionem
qualitatum à subiectis, quibus

in

insunt, ex eo qd docat Ecclesia in
sacrosancto Eucharistiæ sacra-
mento panem, et vinum converti in
corpus et sanguinem Xti manentibus specie-
panis, et vini. Sed multum abest, ut
hoc dogmate qualitatum realitas adstruii pt. Qd ex: docet
Ecclesia hic redit, qd etsi loco
panis, et vini succedant Xti cor-
pus et sanguis, ea tn sensibus
nris nd subiaceant, sed excitent
in nobis easdem sentationes,
quæ prius à pane, et vino exci-
tabantur. Neque eo id profer-
nanq; vires obtinere credendus
è. Nam corpus, et sanguis
Xti in Sanctiss. Eucharistiæ
Sacramento aad: superficie circum-
scribuntur, qua panis, et vinum antea
terminabantur. Quare eo necesse
è, ut eadem in nobis sentationes
excitent, qm. id ceo loco
dicemus sentationes in nobis
nd nisi ab extimis corporis species
excitant.

Cap. III.

Vera notio formarum explicatur.

Reiecta scholasticorum formis, non substantialibus, nec accidentalibus, reliquum modo est, ut veram formarum notionem ostendamus. Et primo quidem illud velut certum, indubitatum, detur oportet, formas rerum materialium non aliunde, quam ex ipsa materia repetendas esse. Est quippe materia substantia in suo esse affecta, ac completa. Vnde fieri nequit, ut aliunde debeat expetere id, quod determinatur ad hanc, vel illam rem speciem. Proinde, ut inveniamus cuiusnam sint formae rerum materialium, sedulo in ipsius materiae naturam, ac essentiam oportet inquiramus.

Materiae de ratione materiae, ut superius vidimus est, ut extendatur, in longum, latum,

et altum, hoc e, ut partes habeat secundum
dimentiones scilic: secundum
longitudinem, latitudinem, et
profunditatem. Id cum ita sit,
nemo non videt, una quang:
materie portionem ee in partes
varias divisibilem: que quidem
partes poterunt ee diverse ma-
gnitudinis, ac figure, item varie
inter se mutuo disponi, ac de-
nique vel ee in quiete manere
vel diversis motib: agitari.
Unde consequens e, formas re-
rum materialium ex alterande
ee repetendas, que ex magnit:
figura, situ, motu, et quiete
partium, ex quib: quilibet ma-
teie portio componitur.

Esse autem necessarias
istas materie affectiones genuinas
fontes, unde forme ee rerum
materialium sunt deducende, facile
quisque in animum inducet, si
si sedulo consideret, nihil pro forma
recipi ere, nisi quatuor hisce

conditionib.^us sit referrum. Imo
ut sit matę proportionatum, eaq.
innumeris modis valeat determi-
nare. Secundo, ut quemadmodum
una è matę egli, et ~~mę~~, sic et id
quod formę vices gerit sit eius-
dem naturę in utroque corpore gre. 3.º
ut sicuti existentia matę omnibus
è vola, sic et existentia eius, qd
ut forma admittitur, sit ubiq; ex-
plorata. Et denique, ut quemadmo-
dum clara, et distincta è vola matę
sic pariter clara, et euidens sit no-
tio formę sb qua matę det determinati.

Hinc itaque fit, ut ve-
rensite illę matę affectiones, velut
quasi formarum fontes sint
habendę, si utique diuenient ijs
quatuor iste conditiones, quę formę
dent inesse. Et quum ad quam
milli dubium^m ce pot, quin eę af-
fectiones sint matę proportiona-
tę, et innumeris prope modis
dare pont determinare. Imo
ex: dependent ex ipsa natura

materiæ, quæ in extensione sita est.
Et deinde si quietem exaequas, quælibet alia infinitas planè modis potest variari: quo fit, ut pro infinita illa varietate non solum earum specierum formas, quas in rerum natura cernimus, sed alias eas innumeras, si opus est, possit nobis subministrare.

Tum ad secundam nec est in dubium verti potest, quod formæ ex ijs affectionibus deductæ sint tam terrestres, quàm cælestem materiam determinare, atque adeo omnes sint omnibus corporibus, quæ tum in aëre, cum in terra versantur. Neque est alia ratio nobis persuadet eamdem esse materiam cæli, et terræ, quàm quod eadem è utriusque natura ac essentia. Sed si ita res se, illæ ejusdem affectiones, quas velut formarum fontes habemus, agnoscendæ sunt esse in utrique materia, cum nec alia de re

matę competat, quę q.d. è substantia trine dimensa, hoc è in Longud, latitud et altitud extensa.

Quum ad tam liquido eui constat formas ex ijs affectionib.s deductas nõ è chimericas, sed uere, ac realiter existere. Nemo en: quantumuis hebes, aut idiota in corporib.s magnitudines, figuras, situs, motum, et quietem nõ deprehendit. Neque in hoc imperiti discrepant à doctis, nisi qd. illi rerum corticem considerantes, in earum tantum uisibili superficie iudicant de affectione illas. Isti uero opere sedulo considerantes in insensibili eu structura eas rimentur, et in partib.s sensuis suas fugientib.s certis argis deprehendant.

Denique quum ad ultimam, nemo, opinaverit qui earum affectionum clara

di-

distinctasq: notiones animo suo obuersari non fateatur. 1mo en: magnitudo è ipsa moles, quę in qualibet matę parte, siue sol-su, siue rarę deprehenditur. Secundo figura è exterior dispositio, quę seruant alię minimę particulę, ex quib.s ea componitur.

3.o Situs è dispositio, quę cum alijs matę partib.s in totius corporis cõpositę eadem seruat. Quarto motus è mutatio prioris sui situs. Et denique quies è ꝓmanentia in eod: situ, quem antea seruabat.

Cum ergo quatuor illę conditiones, quę formę dent inesse, reperiantur in singulis illis matę affectionib.s, hoc è in magnitudine, figura, situ, mota et quiete; non aliunde, quę ex ijsdem matę affectionib.s formę eę rerum materialium sunt deducendę. Quod si dicas affectiones illas ea meros modos, seu

seu accidentia, nec proinde ijs mediantibus posse essentiales rerum diversitates explicari. Respondeo eas et quidem accidentales in ordine ad materiam, seu corpus generatim consideratum, sed et essentiales relate ad corpora specialia: et proprea nihil obstare, quominus ex eas singulæ corporum species essentialiter differant inter se.

Hinc meminisse iuvat hoc loco, qd observatum à nobis fuit in Logica, nimirum accidens, si certo modo consideretur posse eam velut essentialem alicuius rei differentiam haberi. Sic pelluciditas relate ad corpus in qrè accidens dici det, sed si de corporibus tantum diaphanis, seu lucem transmittentibus redigatur, quis non videt eam differentiæ nomen mereri; atque ita quoq: rotunditas relate ad corpus generatim

ratim considerantur accidens è,
verum in ipsis corporibus rotun-
dis pro eorum natura, ac essentia
hoc det, et consequenter differ-
entia, nō accidens appellanda.
Id eō nulli
minus ea det. Manet itidem
in Logica observavimus ipsa
illa essentialis alicuius rei dif-
ferentia, certo quodam modo
considerata, posse eam accidens
appellari. Sic rectitudo unius
anguli in triangulis rectangulis
differentia dica det; verum si
de triangulis in gre predicetur,
nemo non videt ei accidentis no-
men advenire. Atque ita quoq;
cogitatio, et extensio in substan-
tia cogitante, et substantia
extensa pro differentijs haberi
det; Sed si referantur ad sub-
stantiam in gre, cuius ideam
mentis abstractæ nobis coparax
mus, nihil obstat quominus eius
accidentia dicantur.

Cap. IV.
De elementis, seu formis rerum simplicissimis.

Elementa vel corpora quædam simplicissimas formas habentia ex quorum concretione oriuntur corpora alia formis magis compositis instructa. Ea ex præcipuis rerum qualitatibus desumenda esse censuit Thales, quas vel alias esse arbitratur, quam quatuor illas, quæ sub sensum tactus cadentes habent calor, frigus, humiditas, et siccitas. Itaque cum observaverit istorum qualitatum nonnisi duas posse uni, eidemque rei inesse, easdemque quatuor tantum modis posse inter se mutuo sociari, quatuor itidem elementa enumeranda esse decrevit.

Ab iis elementis ex sententia Thalis è frigidum, et siccum, illudque Tram appellavit,

vatus tram ee rerum omnium fri-
gidissimum, et siccissimum, secundum
eo e frigidum, et humidum
idque aquam vocitavit, q. cre-
didit aqm ee rerum omnium fri-
gidissimum simul, et humidissimum.
Qm porro e calidum, et humidum
cui aeris nomen imposuit, q.
pro certo habuit inter oia corpo-
ra nullum ee calidius, et humi-
dius aere; et denique qm elementu
e calidum, et siccum, atque huic
ignis nomen aptavit, q. inter
oia corpora id qd e calidius,
simul, et siccius ignem ee pu-
tavit: Ex eo aut, qd Stes ad
designanda sua elementa avar-
paverit vocabula ista, qbus
iam usu recepta sunt ad significa-
ndas res alias plane diversas
factum e, et qm plures minus
recte sentiam eius accipientes
existimaverint tram hanc habita-
bilem ignem istum, quem in
focis accendimus, aquam istam

potui aptam, et aere hunc, quem
spiramus ee quatuor illis elementis.
Sed facile ex erroris eximemur
si observabimus vocem elementi
designare rem formam simplicem
habentem, et quatuor memorata
corpora formas tres valde compos-
tas.

Interim, quimodo
illis rectius sunt assenti, et si
quatuor ista magna corpora, quæ
in universo reperiuntur non consi-
derant velut elementa, ea tamen re-
spiciunt, ut matrices, et officinas
elementorum. Unde ipsi partitas
sedes assignant in ista rerum
universitate. Nam quemadmodum
aer proxime cingit globum istum
terraqueum, qui ex tra, et aqua
coalevit. Sic post aere collocant
sedem ignis, qui luna proxima sta-
tuunt. Qua in re admirare eximium
fuisse. Cum hunc sphæra ignis
non modo illis oculis, sed cum Te-
lescopij ope deprehendatur.

Ita

Etsi aut Stoici ele-
menta non sint quatuor ista ma-
gna mundi corpora, multum tn
abest, ut ventis eius fidem praestare
possimus. Quanqm en: ultro ei con-
cedamus rerum materialium ele-
menta desumenda ee ex principij
earum qualitatib.s, seu affectionib.s
negamus tn huius ee illas, quae
sub sensu tactus cadentes, dicunt.
Calor, Frigus, Humiditas, et Sic-
citas. Principia nadque corporum
affectiones sunt illae, quae ex exte-
rioribus proxime dependent, veluti
sunt magnitudo, figura, situs
motus, et quies. Unde ex hisce
principijs tam formae compositae
alicuius rerum, qua formae sim-
plicis, et ipsorum elementorum
colligi dent.

Sic Stoici Aristotelis
probare quaternarium illum
elementorum numerum ex corpo-
rum resolutione, et qui cum Ligno
coniuriter contendunt elementum,

qd

qd vocatur igniq in parte oleosa, et inflammabile se prodere; id ad qd dicitur aer ex fumo deduci aut aqua nomen impositum id partim in fumo, partim in vapore se manifestare, ac denique elementum, qd Tria nomen sortitum à sub cineribus latere. Sed huiuscemodi argumentum nullius quidem est roboris; Etsi enim demus lignum cum adjunctis in quatuor illas substantias dissolui, multa tamen sunt mista, ex quibus ab resolutione multo plures substantiae deduuntur.

Et sane Chimici, qui contendunt nullam notione ee ratione investigandi vera rerum naturalium elementa, qm resolutam corporum factam ab igne probant multis experimentis in resolutione cuiusq: corporis quinque substantias diversas oculis subiici. Nec aut in ijs recensendis longiores simus, qm in

institutis ex vo patitur, unum,
idque cum roly.m hic: afferemus
siliat experimentum vini, & alembico
fico impositum ignis calore in va-
rias partes exalatur. Inde ig.
extillantur pro vapores rotundi, qui
alio vase exepti, et frigore detersa-
ti dant nobis liquorem anti sapo-
ris tenuem, ac penetrabilem, quem
vulgares spiritum vini, ipsi aut
mercurium appellant.

Continuato exprimit.
deinde liquor alius sapovis, et
aque speciem pressoferens, quem phleg-
matis nomine ipse planet designare.
Et quoniam phlegmate magna ex
parte exausto, non aliud remanet
in fundo alembici, quam mata quedam
glutinosa adinstar mellis: si ubi
ista ollis amphoram retortam trans-
ferant, extra pro nihil flegmati, ut idem mercurius, ac deni-
que liquor alius minus fluens ad
olei similitudinem accedens, ignis
concipiendo ayctus egredit.r, quem

sulphoris nomine vocant:

Habemus igitur hic utrinq; tria elementa, nempe mercurium, phlegma, et sulphur. Tum quod in ampulla retorta supersit, si vel de exicatum igne adjuraber, eiusq. cineres in vas terreum injiciatur una cum aqua fervida, habebimus duo alia elementa. Nam aqua illa brevi tempore salis saporem referet, quae filtrata, et lento igne in vapores dissoluta, relinquet in fundo vasis corpus durum, et friabile, quod è qui elementum et salem appellant. Ac denique quintum elementum è pulverulenta quaedam et expers saporis trà, quae ex cineribus remanet, et caput mortuum d.

Ex hoc igitur, aliisque eiusdem farinae experimentis colligunt Chimici quinque ea verè dictum elementa: Nempe mercurium, phlegma, sulphur, salem, et caput mortuum. Ex his

porro secundum, et ultimum contendunt de inertia, et otiosa; tria de alia vegeta, et activitate quadam referta. Unde omnes rerum naturam qualitates ex hisce tribus repetunt elementis: Nimirum sapores ex sale; odores, et colores ex sulphure; ac denique ex mercurio eam, quæ in rerum natura cernitur, fermentationem.

Sed nec eam quinque istæ substantiæ, quas in resolutis corporum colligunt Chimici proveniunt rerum naturam elementis sunt habendæ. Nam præter ipsum ignem ex tantum mixti corporis partes reviviscunt, quæ sub sensum cadunt; quæ non sensibus sed subjiciuntur, ex quidem eam vam sedulitatem, ac diligentiam effugiunt. Præterea, quæ vi ignis ex mixtis extrahuntur, necessarie, et valde alterata, sibique ipsis dissimillima prodeant; quandoquidem calore ignis agitata, et

inter se collisa, fieri nõ potest, ~~ut~~ ut non cõfringantur, et cõminuantur mutetque tum figuram, cum naturam suam. Quod quidem exinde liquet abunde, qd si eæ partes, in quas corpus mixtum ui ignis resolui pot, remixte fuerint, ~~ꝑ~~ mixtio ista nullam cum priore similitudinem habebit.

Ad hæc male emchimici, ut certum, ac indubitatum id sibi sumunt, sola corporum resolutõ, quæ sint eorum elementa detegi posse; cum interdum ipsa cõpositõ principia, seu misibilia cognoscant. Exemplo nobis ee pot uitriolum, qd ex partibus metallicis ~~et~~, et spiritu acido conflari, nõ tam eius resolutõ quã ipsius procreatõ cõstare. Si en: limaturæ chalybis, aut cupri spiritum acidum effundas, addita aqua cõmuni, ut pot exolutio fieri, uidebis, aqua leui calore exhalata, illico uitriolum

in

in nase, nam preter colore, et sapo-
re vitrioli, vi emetica, seu vomitiua
donabitur, et gallarum infusio-
nem in atrum colorem diuertet.

Vlterius etsi princi-
pia Chimicorum ff pam, et magis
diuiam analysim reducant, punt tm
et ipsa in substantias adhuc sim-
pliciores dissolui, ita mercurius, seu
liquor illes acuti saporis, tenuis, ac
penetrabilis, qui pm ex uino ledu-
citur magna ex parte in aqm con-
uertitur, qe eim in lingua acri-
mum saporem impressum relqt
Jo qd ostendit liquorem illud in aqm
et salem volatilem dissoluit.

Idem de oleo, seu
sulphure constat. Et in Regia uen-
tianum academia Parisiensi, cum
decem uncias olei crassi, ex marjs
plantis extracti ff, viginti quatuor
iteratas distillationes fuerint rati-
ficate, non obstante, qd in singulis
distillationib. magna salis copia, ma-
gnaque itidem pte terre cortic
e-

educta sit, ita ut tandem ex decem uncijs duæ earum suffuerint, adhuc in oleum illud ulterius rectificatum potuisset in phlegma salem, et tram dissolui.

Ex his itaque liquor, nec intermuium, nec oleum ijdem, aut sulphur inter rerum elementa ea numeranda, sed nec sales ex eiusdem extracti usque adeo sunt simplices, ut pari pro elemento reputari; nam si consideremus pisces marinos, qui magna ex parte ex aqua salsa nutriuntur nihil salis preseferre, contra uo homo, aliaque terrestria animalia, qui rebus salsis pleruque vescuntur, urinas uo, et sudores sale refertos emittere, fieri non pot, ut in eam sententiam non adducamur, salem uo pm ea miscibile ortum ex prima, ac simplicij salorum principiorum solutione, sed ex corpus mixtum, seu compositum, sicuti ac sunt oia alia corpora, quæ in rerum natura cernuntur.

Denique

Denique etsi Chimici communiter fateantur tria ea principia, ex quibus ea rerum naturalium qualitates dependent, nempe salem, sulphur, et mercurium, attamen quid salis, quid sulphuris, quid mercurij intelligi debeat, id modo id convenit inter eos, sed nec unus idemque auctor inter ipsum sibi stat; si enim roages, quid ipsi sulphur illiagant, audies ab ijs illud ea substantiam pinguem, et flammæ concipiendæ aptam, at si rursus instabis, et quæres, unde ei accedat pinguedo illa, et aptitudo ad flammam concipiendam, id modo id respondent, sed graviter offendunt, et in contumeliam accipiunt, qui illiis cognoscendi unquequeque incesserit libido. Ex quo patet totam eorum scientiam eo redire, ut nomina rebus imponant, quarum naturam minime prospectam habent, ac explorata.

Jam una suorum

ele-

elementorum claram, distinctamque
ideam Chymici nd habeant, necesse
e, ut qdis ex ijs oritura sit ymixtio
nec em pint preuidere. Non me latet
eos circa suorum elementorum ymixti-
onem duas regulas generaliter constitue-
ra. Prma e. qd res ille, que unu, eumq;
effectum separatim obtinent, ymixte
eundem effectum debeant obtinere,
altera qd eg res, que separatim
obtinent effectus contrarios, ymixte ef-
fectum medium obtineant, necesse
sit. Verum etsi regule iste plerq;
vere sint, ijs tn nemium confidere
imprudentis hominis e, cum comytu
sit huiusmodi regulas nd raro ex-
perimentis refragari, ijs quippe re-
gulis mediantibus oporteret p. ixt
duo corpora frigida simul totum
pariter frigidum constituant, et tn
si in aqm frigidam, talx item frigida
immittatur ea ad axtionem usque in-
calescit, et similiter si oleum vitrio-
li frigidum, cum oleo tartari pari-
ter frigido ymisceatur illud ebullit,
et

et calorem notabilem adiuvat.

Oporteret 20, quod duo corpora liquida simul totum pariter liquidum coporant, cum tu si spiritus vini cum spiritu urinæ, quorum utrumque valde liquidus & commiscentur uno temporis momento coalescet in corpus haud quidem liquidum, sed notabili densitate prædictum.

Oporteret 30, et duo liquores pellucidi simul permixti liquorem alium pariter pellucidum constituant. Id etiam id vero verum reperitur, nam si hemiam aceti distillati infusa una circiter uncia aquæ argenti horæ octanæ + ferueræ facias, et calis uitrum in idonea aqua quantitate 24. horarum spatio maceres & colatis separatim liquoribus istis ambo prodibunt valde pellucidi, verum, ubi admixti fuerint tantum abest eos pellucditatem conservare, ut opaci euadant, ac fusci. Obiter autem notetur hic velim in hom

dno

duorum liquorum usu arcanum atramenti sympathici, ut vulgo dicunt consistere. Priore quippe liquore exarantur litteræ occultandæ, quæ statim atque aruerunt, evanescunt, qui eo hasce litteras accipit, stringendo leviter cartam liquore alio spongia tantillum humectata eas rursus visibiles, et ferrugineas reddit.

Oporteret 2°, ut duo liquores rubei simul commixti coloraret liquorem alium itidem rubeum. Et in cognitum è id ad sensum experimentis chemicis. Nam si rubeum decoctum ligni Brasiliani in cyathum vitreum accepto similiter rubeo inquatum immittas, illico in colorem luminosum, seu subflavum abibit.

Oporteret 3°, ut res duæ separatim inodoræ aut, simul cum inodoræ fiant aurum. Cum id constet experientia spiritus vitri, et olenum vitrioli, si separa-

tim, et tempestiuè semotis, remedia ee; si uero simul permiscentur, qd inde oritur ee non remedium, sed uenenum.

Denique oporteret, ut unum corpus sub flauum, et alterum uiride totum uiride pallens simul constituant. qd eum falsum e. Constat ex: gallam subflauam ee, et nec in ipsa redacta in pulueren, nec in uitriolo uiridi quicqm nigroris apparere. Interim si gallam cum uitriolo in aqua frigida, uel uram, aut altera seorsum, in aqua fer-uente macerer, simul totum nigrum constituent.

CAP. V.

Vera rerum elementa definiuntur.

Reiectis tum Alij, cum Chimicorum elementis, uel-quum iam e, ut quæ sint uera rerum naturæ elementa ostendamus. Hunc in finem observare

prius oportet ad eij mate partes sensibiles ea, sed aliquas ad eas tante paruitatis, ut fugiant aut nostrorum oculorum, solaque rare percipi pint. Id in fluidis corporibus maxime patet. Nam eare particulæ adeo sunt tenues, ut nullo sensu deprehendant:r. Videmus en: cornes, panem, et simi-lia ab aere, et aqua corrupi. Itaq. necesse e, ut partes aliqæ aeris et aquæ insensibiles in cornium poros se insinuent, earumque dispositi aduersentur.

Preterea nemo e, qui quotidie ad experiatur, aliquid ~~hæc~~ e altro abradi, quoties fricte auritur, et nonnihil ex aestimetij quibus induitur, diebus singulis defluere. Istud aut sub sensus nros ad cadit ob suam exilitatem. Nam rerum, quarum ope res externas percipimus, ad sunt eæque adeo tenues, ut a minimis quibusq. corpusculis concuti pint. Ulterius

beneficio microscopij multa arcana deprehendimus, quæ sub oculos non cadunt. At ut ne id negent ea ex partibus longe minutionibus constare, quæ non modo oculis sed omni humanam diligentiam ipsamque omnem mentis aciem fugiat.

Siquidem ut arcana ista suis cruribus incedant, necesse est, ut hæc cura suos habeant articulos, musculos, nervos, texturas, et fibras; cum sine istis motiones fieri neque queant. Habebunt quoque eadem animalia cor, sanguinem, et spiritus arcanos. Sed profecto minam harum omnium partium exilitatem nec imaginari nec animo assequi possimus. Hæc fatendum est, dari in mundo quædam materiæ particulas, quæ separatim discerni non queunt, hæc alijs pluribus adiunctæ corpus versibile componere possint.

Siadem quoque post existentia cuiusdam materiæ adeo

subtilij, ac tenuij, ut versus omnem
effugiat, ex eo, qd ope eius multa
explicentur narq; phenomena, quorum
nulla alia rō vel probabilij affari
potest. Hinc enim, ut unum, aut alte-
rum hic proferamus quaerit. à
Philij cur castanea igni imposita
cum fragore disiliat. Sed profecto
cuncta illustrandi vix aliud occur-
ret, qm qd crassiores ipsius ca-
staneq partes à particulis sub-
tilij alienus matq, in occultos
eius meatus se inferentibusque
lut Fodinem parvis cuneis, disijg-
antur, ac subinde agitentur, ut
corticem cum fragore disrumpant.

Cum Bitumen è fornace
ardentem frigidiore loco reponitur
statim disilit, et frangitur. Id
ut nō aliunde ortum putandum
è, qm qd meatus partium exte-
riorum citius per frigore occludantur
qm qui sunt interiores. Unde
et subtilis mata per meatus la-
tiores ingressa summo cum impetu

in

in solidiores vitri partes impingit, ipsumque adeo vitrum infringit; precaverunt aut sibi ab hoc incomodo Vitrarij removendo vasa vitrea recenter elaborata ita paulatim abigere, ut sex horarum spatio octo, vel decem pedes conficiant, priusque in apto aere exponantur; sic enim meatus undique ex æquo contrahit ipsa materie subtili undique æqualiter patens, et apertum, præbent.

Quæ eiusdem materiæ subtilis explicari pot phenomena lacrymæ vitreæ, quæ recens inventa olim penè academias pagauit, omnesque fere Philosophos animos ad studium accendit. Eius figura est adinstar longioris olivæ collaque longum retortum, vel Chimicorum vasa. Quod aut in ea deprehenditur hoc est, qd crassior ipsius pars mallei ictus sustinet eius cum collum si vel digitorum que disruptatur, tota cum fragore dissiliat et in minutissimum pulvere

eliminat.ur. Necesse è vero eos collum disruppere, et rese^care si extremas tantum, ac tenuis eius aqua abundaret, lacryma nequaqua confingeret.

Vt ita intelligamus, qua ratione humus lacryma vitrea hos patiat effectus, videndum è ea iam cadentem in aqua paullo tepida refrigerari, quę impedit ne ea frangatur. Nam vitrum eo modo in aqua frigida immersum confestim immenuitur. Cum aut hac ratione primo quidem refrigerentur partes eius exteriores, tum deinde partes interiores; utique necesse è, ut illę magis se se coharant quam istę; atque ut meatus partibus interna interiecti adpliores sint, quam qui inter partes externas existunt: Quo posito ea eius plenomeni nequaqua nos fraget.

Nam collo ex lacryma resecato, confestim magis subtiles partes crassiores irruunt, indeque ad oem lacyme suffici

ſi meatus internos ſumma celeritate ferantur. Sic id cum editos id fiat, neceſſe è, ut intra paucos quaquaversum diſjiciantur, et in tenuiſſimos pulveres abeant. Id aut id obtingit extrema totius colli apice diſruptio, qui id dum meabis fiunt ſatis affli, ut rebili materie partes minuſculæ lacrymæ ſubire ſint. Sed neque eu id eveniet ſi lacryma illa requaqvat, et ſenſim deinde refrigeretur, qui ſic meatus fiunt undique æqualiter angusti.

Cum igitur ediſet præter mate partes ſenſibiles alias adeſſe tante exilitatis, quæ omne ſenſum effugiant; id alia erunt rerum naturalium vera elementa quæ partes iste inſenſibiles materiæ. Neque ex: aliud elementorum nomine intelligunt Philoſ. quæ corpora quæ quæ formam ſimpliciorem habentia, ex quorum directione cæta alia deposita oriuntur. Cum itaq;

insensibiles illæ materiæ partes inter se recositæ & sensibilia corpora componere possunt; ex pro ueri corporum elementis enim agnoscendæ nec alius erit elementorum numerus quam qui à diuersitate earum materiæ particularum proficiscitur.

Iam ex materiæ partes insensibiles ad tria gra commode posunt reuocari. Prim siquidem quæ continet partes illas tantæ parietatis, ut nulla ijs constans figura possit adscribi, sed quæ summa celeritate motæ poris corporum omnium se accommodant, easque induunt figuras, quæ poris illis replendis inseruiunt. Secundum quod continet partes globosas, et sphericæ figuræ, quæ quum in unico puncto se contingant, libere quoque mouentur, nec mutant ut quæ figuram suam. Et denique tertium quod continet partes illas, quæ figuris angulosis sunt præditæ, quæ ob angulos, quibus implicantur ortio ad motum sunt ineptæ.

Ex

ex tri-
bus hisce generibus ma-
teriæ totidem quoque elementa
nobis subministrantur: Quem quidem ele-
mentorum numerum suadet primo ipsa illa
principalis differentia, quæ inter cor-
pora deprehenditur: Nempe quod quædam
sunt liquida, seu lucem emittant,
alia pellucida, seu lucem transmittant
et alia denuo opaca, quæ lucem re-
flectunt, ac reverberant. Ut enim con-
stabit ex inferius dicendis corpora
liquida non nisi ex materia illa subti-
lissima primi ordinis coalescunt; quæ ve-
ro pellucida sunt, ex globulis secundi ordi-
nis quæque demum opaca ex particulis
angulosis tertii ordinis. Unde cum in
hac rerum universitate præter tria
illa corporum genera nullum aliud
reperiatur, nec plura quoque, quam
tria illa recensita, erunt ipsa
corporum elementa.

Suadent etiam terna-
rium istum numerum elementorum præ-
ipuæque materiæ affectiones, ex quibus,

notante Ale, elementa illa sunt deduenda; ad si eas affectiones illustres, quæ in elementis considerari dent, quales profecto sunt magnitudo, figura, motus, et quies, facile cognies nec plura, nec pauciora recensitis admitti oportere elementa. Nam quo si ad magnitudinem attendas, quæ referta è quilibet mate pars insensibili; hæc erit vel adeo tenuis et porosa corporum omnium facile penetrare pit, eaque ad pm illinebit elementum; vel erit paulo crassior et pro figure diversit vel ad num vel ad 3m elementum erit revocanda.

Secundo si figura respicias, quæ mate partes insensibiles sunt prditæ, hæc in ijs vel erit mutabili, ac varia, vel constans, et determinata si ~~pum~~ mate particulæ pm constituent elementum, quippe cum matam tantum possimus celeritate movari, et partes ipsius eas figuras

ix

induant, quibus opportet ea referta, quo implent poros corporum, quos subeunt. Si alterum habent subire nobis vel tum, vel tum elementum; Istud namque si figura sit angulosa varijsque ramis referta, illud eo, si sit globosa, et eo angulis destituta.

Denique si motum, et quietem consideres, idem adhuc ter. narius elementorum numerus se se offert; etenim vel partes illæ mole insensibiles, ~~vel~~ inertes sunt, et ad motum ineptæ, eæque pro eo elemento haberi debent; vel motu ovant concitatæ, et constituent aut ignem, aut aërem elementum: Namque ignis si summa celeritate ferantur, aërem eo, si gaudeant motu temperatiore.

Neque eo putandum est varietatem elementorum proprietates sibi mutuo adversari; nam puro subtilitas particularum ignis elementi efficere debet, ut celerrimo motu ciearentur, ipsque etiam corporum

poros

poros promptius discurrat, et vicissim velocior illarum particularum agitatio eas subtiliores reddit, earumdemque figuras continuo mutat. Deinde globuli 2i elementi cum particulis primi sint paulo crassiores, necesse è, et tardiore motu ferantur, cumque in parvis punctis se se contingant, atque adeo circa centra sua liberrime contorqueri possint, omnem maxime figuram suam conservabunt; et denique q. particulæ 3i elementi sunt ejusdem crassiores, figurasque habent ramosas, et angulis prædictas ad motum inepte cedent, tantumque aliarum motibus obsequi possunt.

Vt recte intelligatur, qua ratione alimenta in sanguinem commutentur, videndum è primò, quibus organis analia utuntur in cococtione ciborum. Itaque cibus primam veluti digestionem subiore cum dentibus contevitur, et humore salivali exoluitur. Dentes aut sunt tripliciis generis: nempe alij incisivi, alij canini, et alij molares. Cibus dentibus contritus, et cum saliva ymixtus per esophagum in ventriculum delabitur. Est aut esophagus canalis à faucibus ad sinistrum ventriculi orificium protensus. Triplici constat tunica, quarum interior nervosa è, et exquisito sensu prædita, ut grata ab ingratis secernat. Secunda musculosa,

que duplici spirali fibrarum ordine ascendentium, et descendentium è instructa pro expuitione, vomitione, et deglutione. 3.a demum, et exterior è membranosa, veluti firmum exophagi involucrum.

Non dissimili rare ventriculus triplici constat membrana, quarum media, sive carnosa è crassior, atque fibris ordicularibus, et transversalibus contexta. Interior tu, sive nervosa, mucosa è, et pitt ciborum reliquias asservare, et lanugine quadam, seu villosa crusta obducitur, ne vehementius à cibis irritetur. Latent sub hac lanugine innumeræ glandulæ, ex quibus excretoria vasa prodeuntia, et libere pendentia villosam illam crustam constituunt.

In ventriculi fundo cibi præparantur, seu concoquuntur: quæ quidem concoctio fortassis fermentis nonnullis efficitur. nam constat variis liquoribus, et potissimum aquis stygijs corpora et solidissima dissolui. Ad eorum

fermentorum compositionem crediderim concurrere primo salivam, quæ salinis particulis valde penetrantibus è præcipuas; 2° liquorem acidulum, qui ex recessibus ventriculi glandulis extillat; 3° ciborum antea digestorum reliquias inter ventriculi plicas superstites, quæ ad instar pastæ cruda summam acidi-tatem adipiunt. Denique spiritus animales per nervos influentes, qui tum liquores dissolventes, cum massam cibalem exagitant.

Facta digestione, vertuntur ibi in fluxilem quandam substantiam, lactis speciem præseferentem, quam chylum Medici appellant. Mox chylus iste in sanguinem fertur, et in eundem commutatur. Quibus autem viis illuc deferatur, ôtó veteres latuit. Putabant enim chylum per intestina fluvitem attrahi in quadam à venis mesenaicis, quæ communicant cum trunco venæ portæ, atque per eas ad iecur ferri, ubi colore rubro accepto, et ulterius decocto in sanguinem vertatur. Quæ quidem

absurda, et experientiæ contraria recentiores deprehenderunt.

Itaque recentiores, ut ductum, motumque chyli melius cognoscerent, dato canibus, aliisque animalibus copioso cibo, post aliquot horas ea dissecarunt, atque hac arte primo Gaspar Asellius Cremonensis invenit venas lacteas, quæ à parietibus intestinorum ortum trahentes in mesenterium proseminantur. Tum Joannes Pequetus Parisiensis deprehendit easdem venas lacteas simul confluentes ferri ad receptaculum quoddam membranosum, veluti bursulam sub diaphragmate prope lumbos latens, quæ cisterna Pequetiana hodie appellatur. Deinde novit et ex eo receptaculo easdem venas in thoracem protendi ad subclaviam venam sinistram ope cuiusdam canalis, quem thoracicum ductum ipsi placuit appellare, atque in eum sanguini chylum affundi.

Sed videamus, quæ varie chylus in sanguinem mutetur. Nunc

in finem sciendum ē prius, sanguinem ēe mixtum etherogeneum pluribus partium generibus constare, quę hic forte colore, cęterique qualitatibus seorsum discrepent; attamen certas vare sibi inuicem iunctę liquorem rubrum, dulcem, et fluxi-lem constituunt. Quo circa, ut chylus in sanguinem uertatur, non aliud exigi videtur, qm ut eandem sanguinis texturam subeat. Qd quidem pręcipue fit fermē-tatē illa, quę particulas sanguinis indesinenter exagitat, quęq: chyli aduentu uires suscipit. Hęc aut fermentatio est motus ille intestinus sanguinis, quo instar bullientis musti fervent eius particulę, et inter se colluctantur.

CAP. V. De Nutritione, et respiratē

Unumquodque animal, ut uiuat, duplici indiget alimento, cibo nempe, et aere. Horum pm quotidianus sanguinis, et uniuersi corporis ruinas reficit. Alterum ē adeo uiuenti necessarium, ut hic: sine cibo uitam ꝗ aliquot dies duci pōt, sine spiritu uo

ne paucis quidem momentis servabit. Itaque de nutritione, et respiratione acturi, ostendemus primo loco, quo pacto fiat nutritio.

Sane partes oeconomiae corporis ipsorum motibus ita afficiuntur, ut brevi ad interitum reducerentur, nisi nova materia in locum illius, quae amittitur, succederet, notum est, quin et sit in dubium revocari. Hoc autem est illud, quod dicunt corpus nutrire, et incrementum capere. Putaverunt veteres Philosophantes ipsi facultatem animae vegetativam, et ipsi vires quasdam attractrices, et assimilatrices. Sed opperam. Nam corporis nutritio fit inscia prorsus anima, et quandoque reluctante. Vires vero illae trahentes, et assimilantes sunt mera vocabula, quae distinctam nutritionis imaginem nobis non inserunt.

Audiamus ergo saniores Philosophatos. Archibatorum Sitcarnius nutritionem corporis fieri docuit sine ullius novae materiae partibus solidis additione, et adhaesione; sed tantum ipsi

canalium, et minimorum tubulorum dilatatione, à liquidorum intus fluentium excrescente copia ortam. Verum quamvis ei non negaverimus, canales, et tubulos nri corporis sensim dilatari, ampliores q: reddi. Id nihilominus non sufficit pro corporis nutritione, et incremento. Si en: ita res foret partes solidæ non durescerent, sed molliores evaderent, tandemque corpus nrum fieret veluti spongia: cui si ffmanentes succos detraxeris minimi poderis ee det.

Angli, quorum agmen ducit Franciscus Glysonius, nutritionem fieri affirmant ff nervos, qui alimentum suum ex cerebro trahunt. Asserunt aut ex chylo ff glandulas nutritias, qas statuunt mesentericas, lumbares, et alias transeunte, alimentum succum à nervis exipi, et ff eos ad cerebrum deferri. Unde concoctio facta ff nervosas propagines ad universas partes corporis distribuit. Verum huic sentiæ duo minime fauent. Primo en: alimentitius ille succus crassiculus celeritatem spirituum animalium ff

eos-

eosdem nervos descendentium impediret, eosque ad animæ mandata obeunda impares redderet. Et 2°. plerq: partes, uebut ossa, nervis carent, et tamen nutriuntur, ac incrementum sumunt.

Itaque opinio magis recepta ē, qd sanguis ꝑ arterias delatus, nonnoque ditatus chylo nutrimentum partibus corporis largiatur. Id eo tali rane crediderim procedere. Cum sanguis in corde calore ipsius rarefiat, magnoq: impetu in arterias erumpat; quaquaversum mittitur, egreditur ex eis, adeoque ꝑ poros si qui patent, elabitur. Cum aut pori arctiores sint, qm ut libere ꝑ eos, quaquaversum sanguines particulæ moueri pint, recta duntaxat uia, quæ pori patent, progrediuntur, et dū alias alię proximè sequentur, continuę fiunt, fibrasque formant, aut fibræ partem. Cum eo pori isti alij quidem sint angustiores, alij ampliores; fit, ut varias admittant sanguinis particulas, et quilibet proprium parti nutriendę alimentum sumat.

Ossa

Ossa et ex sanguine alantur, admissij in poros particulis ipsius durioribus, minusque flexibilibus, qæ sunt particulæ salinæ: Ex fractis en: anatium ossibus sanguinis guttulas fluere, eaque arterijs penetrari anatome didicimus. Verum ad nutritem concurrunt quoque spiritus animales p. nervos influentes, nō qd materiam suministrent, sed qd partium poros dilatent, et alimentum p eos propellat, ac veluti figunt. Hæc ratio patet, cur paralitica membra, quę influxu spiritum propter nervorum lesionem privantur, nutrimentum ex preterfluente sanguine nō aviant, sed sensim contabescunt.

Hactenus de nutrit.e; ad respirat.em modo gradum faciemus. Respiratio duplici motu constat, nōpe dilat.e et constrict.e pectoris, quarum una alteram sequitur. Dum pectus dilatatur, aerem in pulmones aurimus. dum nō constringitur, pulmones admisso aere evacuantur. Vt nō quea

rane

rane id fiat intelligatur, videndum
è pectoris cavitatem ex duodecim
costibus semicirculorum instar hinc
inde positis, ac spinæ vertebris in-
fixis constare. Inter eas mediant mu-
sculi intercostales dicti, qui superio-
res costas cum inferioribus, tanquam
funes colligant.

Inferioribus costis validè
adhæret diaphragma, quod transversè
expansum inter pectus, et abdomen,
modo planius fit, et viscera abdo-
minis compriment, modo versus pectus
attollitur, et fornicatum evadit. In
cavitate pectoris trachea appensi ma-
nent pulmones, qui in duos lobos præ-
cipuos dividuntur, et innumeris cel-
lulis membranosis mutuò communicanti-
bus componuntur, habentque exterius
validam membranam, quæ egressum
aeris ex pulmonibus impedit. Est autem
trachea, sive aspera arteria, tubus
ex annulis cartilaginosis sibi successi-
ve superimpositis, et membranis iun-
ctis conflatus, qui propè fauces ortum

tra=

trahens ꝑ anteriorem colli partem ad pectus ascendit, et in binos primi pectus ramos pulmones ingreditur, deinde in minores partitus ramulos, Bronchia appellatos ꝑ universam eorum substantiam proseminatur.

Hij animadversis, facile modo intelligemus, qua vane respiratio fiat. Nimirum cum musculi intercostales cõtrahuntur, eleuantur costæ, et eodem tempore diaphragma se cõtrahens complanatur, et abdominis viscera extrorsum protruduntur. Id uo dum fit, dilatatur cauitas pectoris, et aer circumstans proprellit, qui proinde ꝑ os, et nares ingrediens, ꝑ tracheam ad pulmones ruit, eosque dilatat, et expandit. Costæ deinde pondere suo, adiuuante uiue musculorum pectoris concidunt, et diaphragma à prosilientibus visceribus sursum adigitur; unde pectoris cauitas cõtracta cum impetu susceptum aerem ex pulmonibus eiicit, qd, ut clarius intelligas, cogita porcinam uesicam orificio aliquis foltis collo suo cc aptè

adeo-

accomodata, quæ dilatatur à subeunte aere, quoties follis latera diducuntur; et evacuatur dum eiusdem follis latera concidunt.

Nolim autem credatis universum aerem ex pulmonibus exire; nam aliqua eius portio, subtilior quidem, sanguini per pulmones transeunti effunditur, ut constare potest experimento Riccardi Lower, qui sanguinem venæ pulmonalis floridum, et spumosum observavit, cum tu sanguis arteriæ pulmonalis nigricans sit, densus, ac spissus. Qd nō nisi ex admixtis aeris particulis perdere pot. Non alia igitur putandum è sanguinem postqm universum corpus peneavit, totum per pulmones transire, qm at novo spiritu aereo ditetur. Unde usus aeris, quē animalia indesinenter excipiunt, è sanguinem attenuare, eiusque fervorem promovere.

CAP. VI.

De motu Animalium.

Potis.ª inter functiones

animalium è motu, quo mediante
nunc de loco ad locum universo corpore
transferuntur, nunc membra sui corporis
multifariam agitant. Duo igitur effi-
ciunt spontè suo, et interno impulsu
ex re nati instituto, et ipsis pleruma-
inerijs. Hinc duplex distinctus motus
in animalibus, alter natij, alter spon-
taneus. Ille solius naturæ ductu dirigitur,
fitque nobis prorsus inscijs, veluti sui
motus cordis, respirationis &c. Hic animæ
imperio absolvitur, cuiusmodi sunt flexio,
et extensio brachiorum motus progressus
ac totius corporis &c.

Naturalis motus nequit
explicari, nisi principia instrumenta
cognoverimus. Itaque principium
motus instrumentum sunt musculi, qui
duplicis sunt generis; alij quidem, qui
nullas trahunt partes, cuiusmodi sunt or-
biculares illi, qui ad vesicæ orificium
positi instar annulorum inserviunt
ad ostium illud claudendum. Alij,
qui ossa, aliasque partes abducunt,
ipsique sui opponuntur antagonistæ,

uti post hac dicemus. Preter hos sunt alij musculi, quos canos dicere possumus, qui nonpe uiscera gerunt canalia, simulque liquida propellunt, qualia haberi possunt arterie, cor ipsum, intestina, et dura mater, que attractae suas spiritus & nervos urget.

In hijs, qui partibus trahendis sunt destinati, solet vulgo distinguii, caput, venter, et cauda: ita nempe, ut caput sit pars illa, versus qua fit tractio; venter pars media, que tumidior, et angustior deprehenditur; ac denique cauda pars reliqua, que abscinditur, et versus aliam trahitur. Huiusmodi eten: musculi solidis corporis partibus nempe ossibus sunt affixi, et contracte suas unum versus aliud adducunt. Quamniam uero membrorum corporis varij sunt motus, et plerique contrarij, veluti sunt flexio, et extensio brachiorum. Hinc musculi, qui motus illos oppositos exercent, antagonistae dicuntur; Quasi diceres contrahentes, qui unius actis actioni

alterius nasci, vel saltem cum ijs communicat. Musculi partes organicæ ex pluribus dissimilibus substantijs constant. Ad eas ex: arterijs, venis, et nervis magna copia pertinent. Ventris substantia è carnea mole pluribus fibrarum rubrarum fasciculis constans, quæ duplo fere parallelo ab uno extremo in alium migrant. Ab ijs transversim sectis cruor multus extillat in vivis animalibus, qui parcius, vel fere nullus ~~fundatur~~ vento musculo secundum longitudinem. Unde credere lic: fibras eas rubras ab arterijs nasci, vel saltem cum ijs communicare.

Musculorum porro extrema sunt bina tendines, qui ossibus trahendis firmiter alligantur. Tendinum autem substantia è multo coparatior, qui ventris, colorisque albi: adeo ut videatur ad naram nervorum accedere. Sunt quoque ex fibris compositi, sed minutioribus, et arctius inter se iunctis, quibus fibræ rubræ ventris nectuntur. Quilibet denique musculus exterius membrana

restitur, ex cuius interna facie fibrę illę nervęq; prodeuntes in ventrem se inserunt, et carneas rubras complectuntur.

His circa musculorum structuram adnotatis, facile modo erit animalis motum explicare. Nempe nō alia rāne fieri motum illum putandum ē, qm̄ ex contractionem fibrarum muscularium. Verum etsi in hoc conveniant oes, quę tn̄ sit ea huius cōtractionis dubia sane res ē. Nicolaus Steno, cum observasset figuram muscularem ēē fere parallelogrammum obliquangulum. Censuit ex eius figurę mutatę in parallelogrammum rectangulum fibras carneas ventris contrahi, et breviores fieri sine ullius mali accessu. Sed animadvertit Borellus id nō sufficere ad motum animalium explicandum; quandoquidem musculorum venter contractus, nō modo brevior fit, sed fibrę eius, quę antea flaccidę erant, durescunt, qd̄ sines aliquas mali tumefacientes intelligi vix pōt.

Stoques oes putant fluidam

dam quandam substantiam ad musculorum contractem et necessariam, atque ad eam inueniendam posita sunt uincula neruij, et arteriis, ut sisteretur tum spiritum, tum sanguinij ingressij in musculos, dispertumque e sedij statim motum in ijj membrij extinqui, ad quę illi nerui, illęque arterię pertinere uidebantur. Unde reiecta Cartesij sententia, qui motum ex spiritibus dumtaxat, musculos instar ualidissimi uenti tumefacientibus docebat proficisci.

Sed nd e facile intellectu, unde tanta uij sanguinis, et spiritibus in musculij accedat, qta ad immania pondera sustinenda, uel mouenda exigi uidetur. Laudatus Borellus id explicare conatus est p. ebullitionem, qm spiritus cum sanguine in uentres musculorum dicipiunt, unde eorum particulę instar puluerij pirij rarefescentes maximas uires nanciscuntur. Iam ante eum Villisius musularem motum tali pacto explicare aggressus erat, eamque sanguinij, et spiritum effeuescentiam experimento dfirmauit.

San-

sanguini eten: calido plures spiritus chimicas artes elicitos inieciit, pugnantium spirituum uini, et cornu cervi, deprehenditque inter semixtos fervere, et ebullire.

Ut uero hæc pauca plenius illustrentur proponamus coniecturam circa musculorum motum iuxta recensium auctorum cogitata; cum motus musculi fiat ope fibrarum, et fibræ contrahi putantur, ut re vera contrahuntur; motus oes musculi, totaque eius uis pendebit ex collectiua uirium singularum fibrarum. Hoc autem pot hoc modo fieri. Statuamus, singulas fibras constare catena uesicularum, seu utriculorum, à quorum alijs in alios dent meatus. Si contingat flatum subire eos utriculos, oes uehementer inflabuntur, poterutque flatu illo mirum in modum intendere musculum, eumque veluti induravere, quo fiet, ut sat magna pondera sustineri pit. Sic uidemus maxima pondera uesicis impositas si inflentur, immisso uento, attolli.

Sam

Jam cum detet ꝗ musculum sparsos ee varios arteriarum ramos, nihil obstat, quominus ꝗ arteriarum pores subtiliores partes sanguinis eumpant, et vesiculas, quas diximus subeant. Preter hunc succum ꝗ fibrillas nerueq; quaquaversum et sparsos alia adventat mata tenuior, et comotior. Hec aut priori mixta, et subiens et vesiculas ꝗ petua quadam ebullitione eas inflat, dum uivit animal, et prout dissipatur ꝗ transpiratem, reparatur ꝗ nouam effusionem ex arterijs, et neruis. Sic uiuente animali inflatiores, et duriores semp sunt musculi, eo aut morbo paulatim flaccescunt, et cotabescunt. Cterum cum mouendus e musculus, et preter solitum intendendus, ut pdus aliquod sustineatur maior ex cerebro spiritum effunditur copia, ac proinde maior ebullitio, ac vesicularum inflatio deprehenditur.

Cum ad discrimen illud, qd occurrit inter motus anales,

nempe, qd alij sint spontanei, alij naturales, ut illud explicemus, id modo prorendum e, ex ijs nervij, qui motibus naturalibus inseruiunt, spiritus iugiter in memoratas vesiculas effundi; ex ijs aut, qui spontaneis motibus opem prestant, mentis dumtaxat imperio spiritus eva=pere. Huius rei ro hac ea pot, qd expeditiores forte sint in prioribus nervij semitis, et spiritus à cerebro excipiendis accomodatiores, adeo ut mentis veluti impulsu nd sit opus ad spiritus ff. eas dirigendos. Id ro nos manduuit ad explicationem habituum, quos iteratis sepius actibus acquirimus. Nam sepe eundem motum repetendo ex iugi spiritum ff. eosdem nervos excursu, semitis eorum ita explanantur, ut nullo deinde negotio spiritus eas subeant, et ad organa movenda dirigantur. Irregularis huius rei exemplum habemus in loquela, qm adeo difficilem experiuntur Infantes, ut sepe lingeam, et labia inaniter agitent. Ad infantis diebus vix elapsis voces scitissime componunt,

et

et ea, quæ præcepserunt vocabula ad animi sensa aperiendas, sine ullas animi, aut corporis defatigatæ produnt.

CAP. VII.

De unione mentis, et corporis.

Conuenit inter omnes sanioresq; Philosophantes, hoc duplici constare substantia, quæ arctis adeo nexibus inter se iungentur, ut mutuo conspirent, agant, patiantur. Nulla enim est pars nri corporis, quæ aliquem sensum menti nō pōt immittere, et uicissim mentis cogitationes motus quosdam in membris nri corporis excitant. Gaudet mens ad blandimenta corporis, dolet ad damna. Et uicissim ex animi gaudio corpus exultat, et indicia profert, eoque dolente squalore deficitur. Hæc quidem aptissime docent maximam ea connectionem inter mentem, et corpus. Sed quomodo fiat ea unio nō facile est diiudicare.

Veteribus nō ff omnino quidem uisa hæc unio, satiusque fuis-

sed si eam admirati sunt, qui inani ausu scrutarentur. Hinc que tot haereses fluxere circa animi, et mentis naturas, quas damnat Religio, dissuetudo. Sed forte non fuere feliciores Scholastici, qui inanibus vocabulis, quibus sese indulgent, eam explicare aggressi sunt. Missis ergo multorum Philosophorum opinionibus, quid ego proprius in hac re statui putem, videamus.

Sane corpus corpori iungitur, cum unius superficies tangit superficiem alterius, et motus unius secum alterum trahit. Mens quoque menti coniuncta dicitur, cum cogitationes unius à cogitationibus alterius pendent. Verum neutro modo mens corpori iungitur. Neq: en: mens cum corpore more corporum populari potest, qui cum extent: careat, non habet partes extremas, quibus corpus cohaerat. Sed neque sibi invicem adiuntur instar duarum mentium cum corpus non cogitet, quemadmodum cogitat mens.

Quo circa unionem

inter mentem, et corpus putandum
è indui ꝑ mutuam quandam depen-
dentiam in nonnullis suis operationibus.
Subinde, ut mens nonnullas suas ope-
rationes dependenter à corpore exerce-
at, et vicissim corpus in quibusdā
suis motibus mentis imperio indigeat.
Interim hæc mutua dependentia in-
ter mentem, et corpus è prorsus in-
explicabilis, nisi ad Deum rerum omni-
um auctorem cōfugiamus, qui hanc le-
gem, ut quidam corporis motus
quosdam ~~ex~~ in mente sensus excitent,
et ꝑ contrarium quædam mentis cogi-
tationes quosdam in corpore motus
producant.

Iam mens nra in toto
nro corpore videtur operare; nulla
en: è pars, quæ ad animi nutum move-
ri nō pōt, nec ulla è et, quæ aliquod
sensum in mente excitare nō valeat.
Quare fateri cogimur mentem cum
universo nro corpore cē cōiunctam,
Sed quoniam dolorem nō sentimus,
nisi in parte nervosa, et ubi nervi

à communicat.e cerebri nd vel inter-
cepti; affirmare hinc possumus ani-
mam functiones suas specialius
in una parte, quam in alia exercere,
et sedem aliqua principalem in huma-
no corpore dare, qua proinde nd alie-
num erit hoc loco definire.

Circa sedem animæ prin-
cipalem varij fuerunt Philosophd-
tium opiniones; alij en. in corde ad
stituerunt, qd videbant varias
in eius motu alterationes fieri à pas-
sionibus animi, alij alibi. Verum
inter oes modo dicenit sedem animæ
principalem reperiri in cerebro; qd
nempe nervi, qui sunt sentationis
instrumenta, nd aliunde, quam à cerebro
suum ortum trahunt. Sequit aut
universa cerebri moles pro anima
sede statui; quandoquidem ex inflictis
capiti vulneribus, eius quandoque
pars excissa è absque ulla sensus
lesione. Necessa è igr., ut pars aliqua
cerebri specialis sit animæ sedes, quæ
ut determinare possimus, ipsius cere-
bri

Ni anatomes breuiter prius & proponenda.

Cerebrum, ut alibi diximus duabus membranis involitur, quarum externa & crassior, et dura mater appellatur; Interna tenuior, et pia matris nomen sortita &. binas quoque in partes dividitur, veluti binos globos; quarum partium anterior maior &, et cerebrum dr; posterior paulo minor, et cerebellum nominatur. His addenda medulla, que dr oblongata, quæ ex interiore substantia tum cerebri, cum cerebelli orta, usque ad os sacrum & spinam dorsi protenditur. Cerebrum porro à cerebello divimi dura mater duplicata, eademque membrana in vertice capitis iuxta longitudinem ipsius, adhuc duplicata cerebrum subit, et substantiam eius corticalem dividit in dexteram, et sinistram. Ex hisce duplicaturis fiunt duræ matris sinus instar canalium, qui excipiendo ex cerebro sanguini, eidemque in venas infundendo sunt destinati.

Sub-

Sublatis membranis, occurrit corticalis substantia tam in cerebro, quam in cerebello, quæ è cinerinei coloris, et innumeris gyris intestinularum speciem exhibentibus insculpta. Hæc substantia ab ijs, à quib. diligentiores expensa fuit, deprehensa è constare intenti collectæ glandularum ovalis figuræ. In aut. eæ glandulæ in alias minores dividuntur, ut satis constat, qd. ob earum mollitiem commode tractari nequeunt. Sed ijs insunt arteriæ, venæ, fibræq: albæ, quasi nervi. Ubi porro cortices illum separaveris, in aspectum venit corpus firmiusculum, qd. callosum, et cerebri medullare nuncupatur. Constare id videt. ex ijs fibris albis, quæ ex glandulis cortices prodeunt. Itaque illæ in fascem collectæ corpus callosum jam constituunt; dum productæ medullam oblongatam, quæ è spinalis medullæ initium, adjoruntur, eaque in plures, et discretos fasciculos abeuntes efficiunt nervos, qui hinc inde per corpus serpunt.

In

In eo corpore callosoq
tres conspiciuntur cavitates, seu ventriculi; ex quibus binæ sunt superiores, quæ et anteriores, et laterales dicuntur, suntque instar falcatæ hunc septo lucido disjunctæ: sub ijs ponitur fornix, quæ tertiam cavitatem ab ijs anterioribus dirimit. In medio huius cavitatis existit glandula quædam, quæ à figura pinealis appellatur. Glandulæ huic alligatur plexus coroideus ex innumeris arteriolis, et venis contextus, inter quas varijs glandulæ interspersæ conspiciuntur. Adiacent eidem glandulæ gemini mamillaris, nates mulæ dictæ aliquæ ijs subiecti testes appellati; ac tandem gemini ductus, quorum alterior instar infundibuli deorsum descendit ad glandulam pituitariam; posterior ad quartum ventriculum in anteriore parte cerebelli insculptum desinit. Verum hæc oia vim magis, quæ verborum descriptionibus animum subeunt.

Veteres ventriculos cerebri

pro

pro spirituum officinis habuere. Verum amplior forte & ille locus, qui ut elaborandis, concoquendisque spiritibus aptior esset. Et profecto anteriores ventriculos in nares hiares, ac proinde facile spiritus posse diffluere. Cum ergo cerebri ventriculi mucosa seroso substantia scatere in cadaveribus fuerint deprehensi, cerebri potius glandes, quæ spirituum officina à recentioribus putantur. Crassior en: et serosior sanguinis pars generationi spirituum ingesta tum à glandula pineali, cum à glandulis plexus choroidei secernitur, à quibus in ventriculos emittitur: unde partim per infundibulum in glandulam pituitariam, partim ex anterioribus ventriculis in nares illabitur.

Sanguis itaque, qui per arteriolas plexus choroidei progreditur, relictis in prefatis glandulis fecis, subtilissimas ipsius particulas in fibras corporis callosi infundit pro spirituum supplemento, et reliqua eius portio per venas revehitur. Verum par-

tior

cior è hac spirituum copia, qui et pro sensibus, motibusque animalium sufficiat. Stagnes glandulæ corticis externi, quas memoravimus, ex sanguine per arterias admisso uberiorem spirituum copiam secernunt, quos deinde per fibras albas, quasi per excretoria vasa in corpus callosum transmittunt, unde per nervos in universum corpus influunt. Sunt enim nervi ut modo dicebamus fasciculi fibrarum albarum, quibus callosum corpus, et spinalis medulla contexuntur; ac proinde spiritus, qui interiores cerebri, ac spinalis medullæ recessus meavunt, tramite minime interrupto in nervos perfluunt.

Quemadmodum nō cerebri, et spinalis medullæ dura, et pia matre obteguntur, ita nervi oes ab ijs oriundi ijsdem membranis vestiuntur. Sunt ergo nervi velut funiculi pluribus filamentis albis contexti, quæ à medullas cerebri, aut spinali exortæ in partes corporis ferunt: et dura, ac pia matres exterius firmant. Ubi nō ad partes corporis descenderint,

in filamenta innumera dividuntur, quæ vel fibris rubris musculorum consociantur, vel glandulis, aut visceribus inserunt, vel in telæ formam expansa membranas constituunt. Ex medulla cerebri decem nervorum paria iuxta Willisij calculum prodeunt, qui potissimum in organa sensuum ingeruntur. Ex spinali autem emergunt nervorum paria triginta, qui hinc inde per foramina totidem vertebrarum, quibus spina coalescit, pergunt, et per totum corpus late vagantur.

His positis, veniamus modo ad animæ sedem. Cartesius eam in glandula pineali reposuit, quæ ipsa unica sit, et in medio cerebri constituta, quæ ita maneat pensilis, et ad motum eam expeditam, ut facile pari quaquaversum flecti, et variis spirituum motibus affici. Sed hæc Cartesij sententia communiter à modernioribus Philosophantibus vetatur, tum quia nec spiritus in ventriculis cerebri ospitentur, ut veteres omnes, et Cartesius ipse sunt arbitrati, tum et quia in memoratis libris nervi

omnes

oes nō ita cōcurrant, ut fiant illa velut commune centrum omnium sensationum hīi. Verisimilior ē igr. opinio illorum, qui sedem animæ principalem in medulla cerebri, seu corpore calloso reponunt; quando quidem nervi oes vel ab eo immediate oriuntur, vel inde accepitis filamentis primo ff. spinalem medullam simul collecti ff. unt, tum deinde seiuncti ff. foramina vertebrarum ad partes corporis progrediūt.

CAP. VIII.

De sensibus tum in gre, cum in specie.

Sensus fiunt in nobis ff. actionem, qm obiecta externa exercent in organa nri corporis, quæq: nervis mediantibus ad cerebrum usque deferūt. Hinc tria in unaquaque sensatē distinguenda sunt, quæ velut totidem eius gradus censeri dent. Pm etenim ē actio obiecti in organa nri corporis. Sm ē motus ipsius organi, qui nervorum ope defertur usque ad cerebrum. Et tm denique ē ff. ceptio illa, quas mens habet

corpus suum ab obiecto externo fuisse affectum.

Iam actio obiectorum, quæ ad sensus in nobis excitandos requiritur, potest esse vel mediata, vel immediata; mediata inquit, ut contingit in visu, et auditu. Immediata vero, ut accidit in gustu, odoratu, et tactu. Verum cum oes ℔ contactum in nobis excitentur, liquet sensus oes quot quot sunt ad solum sensum tactus posse revocari. Interim pro diversitate organorum, quorum motibus sensationes in nobis producuntur, quinque distinguntur in nobis sensuum genera, nempe visus, auditus, gustus odoratus, et tactus, de quibus breviter hoc capite agemus.

Incipiemus autem à visu sensuum omnium nobilissimo, cuius organum sunt bini oculi. Horum quisque tribus constat tunicis, seu membranis, totidemque humoribus. Ex tunicis prima, et exterior in parte sua posteriore dr sclerotica, in anteriore

cornea; qd sit pellucida instar lamellæ cornea. Secunda, et media vocatur uvea, quæ in parte sua anteriore rotundo foramine è gtiosa, ubi pupilla iacet. Et 3a demum vocatur retina, q. è tenuissimum rete ex nervi optici filamentis constans. Ex humoribus aut primus dr aqueus; alter crystallinus, seu glacialis, et 3us denq: humor vitreus vocatur.

Iam radij luminis ex superficie corporum reflexi primum tunicam corneam ymeant. Tum in aqueum humorem incidentes tali rane refrangntur, ut viciniores fiant, qm antea. Deinde pupillam subeunt, atque in traiectu cristallini humoris, qui densior è aqueo denuo refracti magis ad se invicem accedunt. Ro hoc incidunt in vitreum, quem ingredi ro punt, nisi iterum refracti magis concurrant. Inde demum fit, ut radij oej, qui ab eodem obiecti puncto erant profecti, in humorem traiectu toties refracti, in unico retinæ puncto coeant. Quoque

motu suo retinam commouent, filamenta nervi optici manent, motusq. illes ad cerebrum communicatur.

Visui proximus est sensus auditus, cuius organum sunt aures. Externa aurij pars oculij subiecta dr auricula, quę in concha modum è expansa ad sonum excipiendum. Hinc quibus illa è resecta, ij minus distincte audiunt. Iacet concha meatus auditorius, qui naviis flexibus uelut spiris è insculptus, ne aer ęqualius à sonoris corporibus uehementius irruat. In fine eius meatus occurrit membrana quędam subtilis, et sicca, annulo osseo sic imposita, ut pit nonnunqm tendi, et nonnunqm relaxari: Doeque tympani, cuius speciem refert, nomen ei dederunt.

Post istam membranam sequitur antrum, ubi tria cernuntur ossiculo, quę ab eorum figura malleolus, incus, et stapes dicta fuere. Malleus sua cauda tympano nectitur, capite incudi, cui demum stapes alligatur. Sic aut inter se iunguntur, et adiuncti musculis

trahuntur, ut putent Anatomici ex ijs tympani membranam modo laxiorem, modo tensiorem reddi. Reliqua antri pars aere impletur, quem Veteres innatum dicebant. Ad tandem comperitur canalis, qui in os hiat ad aeris ingressum, et egressum ex eo antro: Idcirco surdastri ore aperto melius audiunt. Denique aliud occurrit antrum cum priore communicans, qd. q. navis spiris è insultum, cochea, et labyrinthus dr. Stratum è interius subtilis membrana, quę filamentis nervorum septimi paris ex cerebro prodeuntium contexitur: Quamobrem ipsa primum auditus organum censetur.

Huius è organum auditus. Iam quomodo ex solitu efficiatur, exponendum. Sonus à corporibus profectus, ut alibi docimus, nihil aliud è, praeter aeris tremulum motum. Itaque facile è intellectu aerem tremulo motu actum, concam externam auris influere, iteratisque fluctibus per meatum auditorium propagatis tympanum verberare, quo commoto, ossicula, quę diximus intra tym-

panum oscillatorio motu cientur; agitaturque similiter aer antro inclusus, qui filamenta nervea, quibus interior cavitas è strata ducit, atque ad ductu ad cerebrum pervenientes excitatur in mente sensatio soniturus. Ne aut vehementioribus aeris flectibus tympanum rumperetur, aptum è illud relaxari, qd' ẽ contrahitur in debiliori soniti.

Auditum sequitur Olfactus, cuius organum sunt cavernosæ nares, ꝑ quas aerem inspiramus, et expiramus. Ad radices earum positum è os cribriforme, qd' variis foraminibus instar cribri è ꝑtusum, cui processus mamillares cerebri insident. Processus istos putarunt veteres è primum olfactus organum. Sed cum viderint recentiores ab ijs plurima nervea filamenta nasci, quæ ꝑ memorata foramina in membranam interiorem narium inserunt. Rectius arbitrati sunt sensum olfactus ꝑ eam membranam fieri. Age ergo membrana, quæ nares intimus vestit corpusculis ex ossatis

ratis corporibus elabentibus, et una cum spiritu in nares adductis celeriter, quo fit, ut nervi commoti eum motum ad cerebrum deferant. Ab naribus autem non solum nervi primi paris ex cerebro descendentes illinguntur, sed et plurima filamenta ex quinto pari ferunt, qui late serpit in diaphragma: Unde facta in naribus irritatione sequitur sternutatio, in qua cogimur prius aerem magna copia admittere, tum subita, magnaque vi eum expellere.

Sequitur gustus, cuius organum proprium est lingua. Videtur autem lingua tum ad loquelam, cum ad sensum gustus esse aptata. Quapropter musculus censeri debet variis fibrarum ordinibus constans, quae varie se se contorquent, et in partes dei vertuntur. Tregtum eam vestiunt membranae. Prima, et exterior est ei loco cuticula, sa reticularis, naribusque foraminibus instar veli illusa. 3a, et intima fibris nervis et tota contexta, unde plurimae assurgunt papillae, quae reticularem membranam

traiicient, et sæ linguæ superficiem eminent. Atq papillæ corporum sapidorum saliby, vel aurioribus particulis commoventur, motumque suum in nervos, quibus adhærent, transmittunt: Quo fit, ut mens saporis sensationes afficiatur.

Postremum omnium sensuum è tactus, sed reliquis universalior, ut pote qui universum corpus diffusum; nulla etenim è pars, sive interior, sive exterior, quæ nõ sentiat calorem, et frigus, durum, et molle, scabrum, et politum, grave, et leve. Unde eius organum immediatum sunt fibræ nerveæ dispersæ in pelle, in panniculo carnoso, in membranis, et in ipsa carne. Sed quoniam comptum è pellem exquisitiore tactu pollere, id profecto accidit ex speciali modo, quo fibræ illæ expanni videntur in pelle. Etenim ut accuratè observat Malpighius ab ijs assurgunt parua quædam capita fibrarum ad modum piramidij, quæ ab ipso vocantur eminentiæ nerveæ, itemque mamillæ, quæque uticula tectæ sunt, ne nudiore corpo-

rum occursu tendantur.

Quicumque aut organis tui corporis motus ab obiectis externis imprimatur, his, ut ipse dictum è ad cerebrum usque transferri det, ubi sedes animæ principalis existit. Translationem istam simul fieri per nervos sed quo pacto vane absolvatur, nondum satis constat. Plerique Physici cum noverint per nervos substantiam summè tenuem, et volatilem, quam spiritus seu animos appellamus fluere, regredique, putarunt motus obiectorum cerebro communicari per spirituum fluxum. Sed verisimilius id fieri per ipsas fibras nerveas, quæ ab influentibus spiritibus non secus tendunt, et tumescunt, ac navis velum addendo tenditur, et inflatur. Sic enim longe celerius motus ad cerebrum ducuntur, quam si per refluentes spiritus ducerentur; ut cordarum pensarum explo patet, quæ digitis pulsæ maxima celeritate ab uno extremo in alium vibrationes deferunt.

CAP.

Cap. ultimum.

Reliqua ad Hominem pertinentia breuiter explicabimus.

Posteriores hoc capite plura quidem complectemur, et primo quidem famem, et sitim explicabimus. Itaque post qm ℔ aliquot horas cibum non sumpsimus, uacuo stomacho, uacuisque et intestinis, nescio qm molestam stomachi, et intestinorum contractionem sentimus, quem famem sensum uocamus. Pendet id ex afflux succi, qui fluit ex glandulis, quibus stratus è stomachus. Is ex: cum nullus è cibus, in quem uim suam soluentem exerceat nerus stomachi uellicat, molestamque sensatem in nobis excitat.

Sitim uo sentimus cu fauces nrg arescunt, aut particulis salinis irritantur. Hinc postqm cibum sumpsimus, presertim magnam salis copiam ~~ve~~ fortem ad ~~sitim~~ ℔ sitim impellimur. Solet aut à stomacho uapor ascendere in fauces, quo ipse humescent, sed pro mutationibus, quę in stomacho contingunt uapor ille nunc magis, nunc minus è calidus

cum

cum cococtio probe fit, neque stomachus se nimia ciborum siccorum copia distentus, nec alia de causa, praeter sonitum ardet vapor ille modico tempore fauces fouet, sed si ardeat stomachus propter morbum, aut cibos siciores, vel validiores incestos, vapor ardens p. oesophagum quasi p. caminum ascendit, quo ita siccantur fauces, ut siti mens afficiatur, sentiatque corpori opus esse poto.

Secundo explicabimus vigiliam, et somnum, quem in finem sciendum est nos dici vigilare, cum apertis oculis, integrisque sensibus, et animo ita sumus affecti, ut omnia organa sensumque fiat et afficiat, sentiamus, et animadvertamus. Et quoniam sensus in nobis non fiunt, nisi fibrae nervea p. eorum organa prosemi-natae spiritibus turgeant, tendanturque, credibile est vigiliam, quae in sensuum exercitio sita est ex illa nervorum dispositione pendere. Contra vero cum somnus sit vigilia contraria, sitque videtur in varaiysione, et flaccescentia nervorum, sive illa oriatur ex spirituum inopia,

sive

sive obstructiones pororum eorum secretioni inservientium, sive demum ex spontanea animi relaxatione.

Tertio explicabimus imaginationem, et memoriam. Itaque imaginari dicimus ea illa, quæ sub imagine corporea ~~ꝓ~~ cipimus. Sed hæc imaginatio duplex ~~est~~ ~~pot~~ prout res vel ~~absentes~~ absentes, vel ~~præsentes~~ præsentes imaginamur. Interim imaginatio rerum præsentium sensus specialiter appellatur, nempe q̃ res ipsæ organa sensuum moventes imaginem suam in animam transmittunt. Quocirca imaginari proprie dicimur, cum circa absentes rapimur, earumque imaginem nobis effingimus. Solemus aut res imaginari, vel prout eas ~~ꝓ~~ sensus antea novimus, vel ad instar earum, quæ sensibus nobis ~~obj~~ tæ fuere. Vnde cum imaginatione ~~ꝓ~~ pria dicta nectitur semp̃ mema, quæ nõ solum circa res imaginabiles versatur, sed ad alia quoque se extendit, quæ corporea imagine exprimi nequeunt.

Fit aut in nobis imaginatio rerum absentium, atque adeo mema

si

si contingat spiritus movevi in nobis eadem planè vane ac moti prius fuerant, tum cum obiecta sensibus, et menti præsentia erant. Hunc in finem sapientiores Veteres putabat sensibilia ita in cerebro imprimere simulacra quædam, sindeac in cera imprimitur figura sigilli, quæ et à motis obiectis remanerent. Hæc aut simulacra rerum species, ac fantasmata vocantur, ijsque tum absentium imaginationem, cum præteritorum memoriam fieri docuerant. Verum negotium istud clarius exposuisse videtur auctissimus Cartesius, cuius hipotesim hoc loco subiungere non gravabimur.

Supponit itaque vir eximius filamenta illa, ex quibus cerebri medulla contexitur non ee ffectè lævia, ac polita, sed ee ramusculis quibusdam instructa, qui ob suam exilitatem pint in quacumque partem flecti, ita ut ab impetu spirituum nunc huc, nunc illuc vertantur, ac propterea tunc cum sibi vicinis complicentur, tunc ab ijs seiungantur. Iam si mete consideremus medullæ structuram prius qm. ab eo

obiectis

obiectorum, vel cursus spirituum aliqui in eo efformauerit impressionem, illam conparauerit pro terminis siluae densae, vbi qui nec uiator, nec fera, nec aqua riuulus semitam sibi fecerit, et in quia arborum, fruticumq: rami etsi versus eqlem tendentes, ita inter se implicantur, ut nulla in ijs spectari pitt figura vel uiatori, vel ferae, vel aquae riuolo accomodata; qui primum aut uiator, fera, vel aqua riuolus ipsam ingreditur dimouendo, flectendo, ac et cedendo obuiantes sibi ramos aptam parare sibi pot semitam, quae ipsius figurae sit exactè accomodata.

Sic ergo filamenta cerebri ante spirituum ingressum ramulos sent inter se implicitos, ut oa in ijs sit, praeter regulam, et ordinem. Cum primum ea spiritus ea ingredi incipiunt, tunc motu suo, ac impetu eos ramulos inflectunt, lacerant, ac diuersimodè conponunt, adeoque semitas in ijs insculpunt ipsorum transitui accomodatas. Sed quemadmodum fera, quae semel vbi siluam prius inaccessam transierit, si denuo eandem

siluam

silvam pervrere conetur faciliorem transitu inuenit ob vestigia sibi accomodata, quæ in ea prima vice insculpsit, adeoque facilius & paratior venitur, quam per alias silvæ partes transire potest. Ita quoque spiritus, qui secunda vice versus eamdem cerebri partem impelluntur, faciliorem transitu inveniant, si sibi prius accomodata vestigia subierint, quam alia prius inaccessa.

Denique explicabimus dolorem, et voluptatem. Et quoniam à nato Auctore sancitum è, ut anima nra sentiat dolorem, ac voluptatem, quo spiceres potest comodum, vel incomodum ab obiectis externis organis sui corporis illatum; Non verebimur affirmare dolorem produci in anima ex eo, quod fibræ nervæ vehiter moveantur, lacerentur, aut nimis intendantur. Contra vero voluptatem ex eo, quod eadem fibræ lenius moveantur, et coformiter ad statum natum corporum. Unde colligere licet dolorem, et voluptatem differre à se mutuo secundum magis, et minus, in quem fibræ illæ, quæ suaviter motæ

voluptatem pariunt, si fortius irritentur dolorem in anima excitant.

Dolor ergo, et voluptas sunt sensus, quos Deus in nobis produxit, ut noxia ab innocuis distinguamus. Erat enim opus ad hanc servandum, ut anima corporis conservationem studeret; quod potissimum fit dum dolore pressa à rebus noxis simul cum corpore retrahitur, et voluptate illecta versus utilia ducitur. Quemadmodum ad sensus isti animæ adeo imprimuntur conservandi hujus gratia: Sic pariter censendum è reliquos illos sensus, quos animi passiones vulgo dicimus eadem de causa in nobis à Deo excitari, adeo ut nec quidem culpandus è Deus, quod passiones illas in nobis imprimat, sed culpandi nos ipsi, qui passionibus illis abutimur, nec eo eum finem illas dirigimus, cui à Deo sunt destinatæ.

Finis.